



J. G. Scollar Sculp.

ANNALES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

A PRIMA MUNDI ORIGINE DEDUCTI

UNA CUM

RERUM ASIATICARUM ET ÆGYPTIACARUM
CHRONICO,

A TEMPORIS HISTORICI PRINCIPIO
USQUE AD EXTREMUM TEMPLI ET REIPUBLICÆ JUDAICÆ EXCIDIIUM
PRODUCTO.

JACOBO USSERIO,

ARCHIEP. ARMACHANO ET HIBERNIÆ PRIMATĒ;

Digestore.

Accedunt *TRIA* Eiusdem *OPUSCULA*,

- I. DE CHRONOLOGIA VETERIS TESTAMENTI.
- II. DE MACEDONUM ET ASIANORUM ANNO SOLARI.
- III. DE SYMBOLIS.

Quibus omnibus præfixa est

JACOBI USSERII Vita, à **TH. SMITHO** S.T.D. conscripta.

EDITIO NOVA, in qua **ANNALES** nunc primùm manu Auctoris emendatiore
& anliores prodeunt: unâ cum **INDICIBUS RERUM & LOCORUM**
quibus addita est **ANNORUM MUNDI** cum Annis **OLYMPIADUM**
& **URBIS CONDITÆ** Collatio.



GENEVÆ,

Apud **GABRIELEM DE TOURNES ET FILIOS.**

M. DCC. XXII.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
PRÆSULI
G U L I E L M O,
DIVINA PROVIDENTIA,
ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI,
TOTIUS ANGLIÆ PRIMATI
ET METROPOLITÆ,
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
MAGNÆ BRITANNIÆ
REGI
A SANCTIORIBUS CONSILIIS.



ILLUSTRISSE PRÆSUL,

*CUM in manus nostras pervenisset Exem-
plar Annalium Veteris & Novi Testamenti,
egregii factus Illustrissimi & Reverendissimi*

V I T A
JACOBI USSERII
 ARCHIEPISCOPI ARMACHANI,

Et totius Hibernia Primatis:

Scriptore

THOMA SMITHO. S. THEOLOGIAE

Doctore Et Ecclesiae Anglicanae Presbytero.



IACOBI USSERII, viri omnium saeculorum memoria dignissimi, vitam literis mandare aggredior, tum tantam erga illum, quam in coelestibus precorantem obli-
 o: adolecente aetate sepe audivi, reverentiam, tum luculento de Republica literaria, & de Ecclesiis *Anglicana & Hibernica*, quarum omnium ingens erat lumen & ornamentum, aliquantillum, silentem pro virili, bene merendi studio & desiderio incensus. Animam diu reluctanter plane abstergebat difficultas operis propositi, in quo de rebus maximi momenti, tam ad civile regnum, quam ad Religionem spectantibus, subinde pro necessitate temporum intermiscendis, erit agendum. Verbae etiam, ne meritis illius laudes, summasque excelsae mentis dotes ineleganti silo, frigida narrationibus, & tenuitate ingenii deterrerem. Sed tandem victi preces, vicere importunae & crebro repente Amicorum preces, qui manibus eloquiique, de *Usserio* Anglice praeter editis, parum acquiescentes, ut quicquid alii scripserint, quicquid e schedis manuscriptis, aut aliunde propria industria collectum apud me habuerim, ea omnia in publicos usus depromere, & ferre posteritati, & Latine quidem, praecipue in Extremam gratiam, commendare vellem, imposse experiretur. Quod utnam his pro dignitate argumenti exequi, inque effectu dare possem! Hoc tamen in universum quasi praestitum dicendum arbitror, non ad captandam Lectoriae benevolentiam, neque namo alicuius obsequium, sed re serio perpensa, solique incutiis assiduis, *Hiberniam* in qua *Usserius* natus contigerat, ex quo peroracionibus, indefessa vigilantia, sanctissimisque & sapientissimis curis & consiliis *S. Patricki*, jure merito *Hibernorum Apostoli* nuncupati, quinto aere Christianae saeculo, fide & doctrinae Evangelii lumbus fuerit, licet innumeris terere Praeules, aliosque, tam sanctitate vita, tum literarum cultu & studio, ab illius tempore, nondum aegrii motum seritate introducta, & deinceps, tanquam ex fertili gremio produxerit, inque suo sinu refocillaverit, de nemine aut magis aut melius gloriari posse, quam de hoc novissimo Anno suo, in postremis hanc ad hanc vergentis mundi temporibus, felicissime in lucem edito, quem, utpote factum ac coeleste depositum, in comenodam universa *Genis Hibernorum*, si isti monitione sapere salique bonis uti dedissent, terris faventissimo Numine commodatum, summis quibuscumque ex Antecessoribus illa sine invidia, vel praesens objicere potest. In cuius gellis enarrandis, omni adulatione & partium studio sepositis, proclique habitis, solo die Veritatis, cum sacram semper habui, & habeo, amore ductus, prohi Biograp-
 phi munere & partibus fungi cocabor: nec quicquam live laudis, live vituperationis, quod ad res, live in *Anglia*, live in *Hibernia*, ipsius vitae intervallo peractas, attinet, interitum aut admiscebo, nisi quod ipsa fides, aut tabulis publicis, aut unanimo testium, omni exceptione majorum, consensu firmata, exegerit.

JACOBUS USSERIUS primos vitales spiritus haec in parochia *S. Niccolai, Dublini*, *Eblanae* veterum, *Hiberniae* Metropolis, Januarii quarto die A. MDLXXX. Verbi incarnati, juxta computum *Ecclesiae Anglicanae*, parentibus ex antiquis & nobili stirpe prognatis ortus. Quod ut et fortunatum videatur, inter praecleara Divinae Providentiae beneficia referri mereat. Licet enim viri magni e casu ingurisque obscuris & humilibus prodire possint, & frequentes quidem prodierint, quod illorum bonae indolis, sublimi inge-

JACOBI USSERII
ARMACHANI
ANNALIUM
PARS PRIOR.

A
TEMPORIS HISTORICI PRINCIPIO
USQUE AD MACCABAICORUM
INITIA PRODUCTA.

*UNA CUM RERUM ASIATICARUM
ET ÆGYPTIACARUM
CHRONICO.*

ANNALES

VETERIS TESTAMENTI,

A PRIMA MUNDI ORIGINE DEDUCTI.

I. A.



IN principio creavit DEUS Cælum & Terram. [Genes. I. 1.] quod temporis principium (juxta nostram Chronologiam) incidit in noctis illius initium, quæ XXIII diem Octobris præcessit, in anno periodi Julianæ 710.

Primo igitur sæculi die, (Octob. 23. feriâ 1.) cum supremo Cælo creavit Deus Angelos: deinde summo operis fastigio primam perfectam, ad imâ Mandatæ hujus fabricæ fundamenta progressus mirandæ artifex, infimum hanc globum ex Abyllo & Terrâ conflatam constituit: concinentibus & collaudantibus eum simul omnibus ipsius Angelis. [Job. XXXVIII. 7.] Cùmque Terra esset ignis & vacua, & tenebræ essent in superficie Abyli:

in ipso primi diei medio, creata est Lux; quam à Tenebris distinguens Deus, illam appellavit Diem, has Noctem.

Secundo die, (Octob. 24. feri. 2.) creato expanso (quod Cælum est appellatum) distinctio est facta inter aquas superiores, & inferiores Terræ circumstantes.

Tercio die, (Octob. 25. feri. 3.) Aquas inferiorem in locum unum confluentibus, emerit Terra arida. Aquas in Mare congregavit Creator: emisit iterum fluvios, qui in Mare refluereant, [Ecclesiast. I. 7.] Tertium, oceanæ genus Herbarum & Plantarum, cum feminibus & fructibus, gemitate fecit. Præ aliis autem locis, Paradisum in Edene plantis ornavit: in quibus, Arbor Vitæ & Arbor scientiæ boni ac mali. [Gen. II. 8, 9.]

Quarto die, (Octob. 26. feri. 4.) Sol, Luna, & reliqua Sidera creata sunt.

Quinto die, (Octob. 27. feri. 5.) Aquatilia & volatilia animalia producta sunt, & secunditate donata.

Sexto die, (Octob. 28. feri. 6.) Terrestria animalia creata sunt: cum Gradientia, tam Reptantia. Demum verò Homo, ad imaginem Dei in divitiâ Mentes scientiâ [Cogn. III. 10.] & voluntatibus sanctitate [Ephes. IV. 24.] præcipue constitentem, conditus est. Ille statim reliquis animalibus, divitiis ad se adductis, ut Dominus totum designatus, nomina imposuit. In quibus cum adjutricem sibi similem non inveniret: ne sociâ necessariâ careret, Deus, costâ ex dormientis latere desumptâ, Mulierem formavit, atque in uxorem illi tradidit, Conjugii lege institutâ. Tùm conjugibus benedicens, fructum eorum eis tribuit, & dominium in animalia: eisque omnibus de cibo liberaliter providit. Denique, peccato in Mundum lascivie non ingredia, inspectis Deus quicquid fecerat, esse autem Bonum erat valde. Sic fuit vespera & fuit mane diei sexti. [Gen. I. 31.]

Septimo die, (Octob. 29. feri. 7.) cum perfecisset Deus opus suum quod fecerat, quievit ab omni opere: & diei septimo benedicens, Sabbathum instituit & consecravit. [Gen. II. 2, 3.] quippe in quo *respiravit* (ut humano more ipse de se loquitur, Exod. XXXI. 17.) & *recreavit se*: nec dum (ut videtur) peccato admisso, aut penâ fontibus (vel Angelis, vel Humanibus) à Deo inflatâ. Unde dies hic postea constitutus est signum tùm sanctificationis nostræ in hoc sæculo, [Exod. XXXI. 17.] tùm æterni illius Sabbathi, quo in futuro ab omnibus peccati & reliquis & poenis plenam liberationem expectamus. [Heb. IV. 9, 10.]

Post primam transiit septimanam, videtur Deus conjuges in hortam Edene introduxisse, atque estu Arboris scientiæ boni ac mali eis interdixisse; reliquam omnium arborum usum liberè concessisse.

Diabolus, Deo gloriam, Homini felicitatem invidens, Mulierem per serpentem ad peccandum sollicitat: unde & ipse *Serpentis antiqui* nomen obtinuit. [Apocal. XII. 9. & XXI. 1.] Mulier per serpentem, Vir per mulierem seductus, Dei præceptum de abstinentiâ fructus vetito transgreditur. Citatis & convictis poenæ imponuntur: additâ tamen promissioe de semine mulieris capax serpentis coarbitro, id est, Christo Diaboli opera dissoluturo. [1. Job. III. 8. Rom. XVI. 20.] Unde tunc primam mulieri *Eva* nomen à marito est impostum: [Gen. III. 20.] quod mater futuri esset omnium viventium non naturalem tantum vitam, sed illam quoque, quæ est pec-

JACOBI USSERII
ARMACHANI
CHRONOLOGIA SACRA

Sen

ANNORUM ET ΠΑΙΔΟΠΟΙΪΑΣ PATRIARCHARUM,
ἡλικίας Iſtaelitarum in Aegypto, Annorum etiam Judicium,
Regum Judæ & Iſtaelis *ἡλικίας*

CHRONOLOGICA.

OPUS POSTHUMUM HUCUSQUE ANEKΔOTON.

Editionem accurate THOMA BARLOVV
Coll. Reg. Prapofuo, & B. B. P.

JUXTA EXEMPLAR OXONIENSE.

3

VIRO AMPLISSIMO ET AMICISSIMO
D^{no}. TIMOTHEO TYRRELL
EQUITI AURATO,

& (quod majus est) Magni ARMACHANI ἑὸς ἀρχιερέως,
Genero dignissimo, ἑὸς ἀγαπητοῦ.

VIR AMPLISSIME,



Sacram JACOBI USSERII (Socii tui) Chronologiam, quam non adeo pridem fidei meae manuscriptam commisit, ingeniosâ preli industriâ excusam, & (uti spero) emaculatam refero. Nempe (quod probe nosti) Librum tractatum in Clientelam tuam non commendo, Amplitudini tuae non inscribo, consecrôve; sed tuum, apud me depositum, reddo. Tuum (inquam) nam licet Reverendissimum Hiberniae Primatem ejus Authorem novimus, (quod ex totâ libri indole & genio, ex multiplici & reconditâ eruditione, ex scripturâ Codicis Originalis, manu propriâ doctissimi Archi-Præfulis exarati, abunde constat,) Te tamen (ex dono Authoris) bone fidei Possessorem agnoscimus. Pietissimus enim senex, & sacrâ Insulâ dignissimus, (Socii tui) Musæi integri, (cujus pars non exigua erat hæc sacra Chronologia) Armarii nempe sui (Codicibus infinitis penè, & optimis, (quæ excusis, quâ manuscriptis) instructissimi, Te heredem scripsit. Nec mirum, si Bibliothecam suam moriens supremis Tabulis tibi legavit, qui vivens filiam, quam habuit unicam, (familiam optimam, & tanto Parente dignissimam, virtute pariter & prole numerosâ, ac pulcherrimâ faciendam) matrimonio copulavit. Habe igitur tibi Tuum peculium, & Socii tui opus posthumum (eâdem quâ te, tuisque benevolentia perpetuâ complexus est sanctissimus senex) fore. Te incolenti, orbis non erit hic Tractatus, magni Armachani socii veros & genuinus, licet (quod dolemus) posthumus. Dum enim Chronologia sacra Arcana examine scrupuloso rimatur, dum enigmata illa ἀπορία & ἀδιόλωτα, in Annorum veteris Instrumenti supputatione, & Nodos Gordios diligentia pertinaci (sed & vetrici) solvit, dum Patriarcharum Regumque Judee & Israelis tempora explicat, dum libris inhaeret, & chartis perditus & pernox impallescit, labore jugi & senio confectus, tandem temporis & terris valedixit, & (quam insigni pietate, & multiplici virtute prius meruisset) eternitatem induit. Sic vitam absolvit, non ita Chronologiam, cui manum ultimam non adhibuit, (licet ultimus esset doctissimi antistitis conatus, & quasi lucernæ mox emoriuræ supremus fulgor) cum ipse ad Cælum prius, quàm Tractatus hic ad Umbilicum pervenerit. Dolendum sanè, quod sacram hoc opus, plaudente celo institutum, superstes non consummaverit;

JACOBI USSERII
ARMACHANI,
DE
ROMANÆ ECCLESIAE
SYMBOLO APOSTOLICO VETERE;

Aliisque FIDEI formulis, tum ab Occidentalibus tum ab Orientalibus,
in primâ Catechesi & Baptismo proponi solitis,

DIATRIBA.

Accedunt,

I. Athanasii Symbolum, à Græcis interpolatum.

II. Symbolum aliud, eidem etiam à quibusdam tributum.

III. Hymnus Matutinus & Vespertinus veteris Ecclesie.

IV. Hildeberti Cenomanensis de Consecratione Trinitatis Hymnus, & Oratio ad Dominum.

JO. CASSIANUS.
SYMBOLUM Ecclesiarum omnium fidem loquitur.

JUXTA EXEMPLAR OXONIENSE.

DE ROMANÆ ECCLESIAE

SYMBOLO APOSTOLICO PATEEE, aliisque tum ab Occidentalibus tum ab Orientalibus in primâ Catechesi & Baptismo adhibitis Fides SYMBOLIS.



ICET quod omnes tum Orientis tum Occidentis Ecclesias, in una Domini & Baptismi, ita de una Fide fuerit: una ratio & eadem verborum formula Fidei Symbolum, quo in cultus Domini professione & Baptismi susceptione illis facta sit, non fuisse conceptum, omniumque Romanum fuisse brevissimum in Synodi explicatione Rufinus Aquilejensis presbyter iustidum nos docuit de aditamento etiam apud Occidentales ad Romanum hoc appolitis, in Prooemio suo sic profans. Illud non imperiosè constituendum...

1789. IV. 5

In lucionis vero illius Symboli duo idem exemplaria: quorum alterum Græcè, ad eadem Plateni Latini Regis & Helvetiani, (quod, obels & asteriscis distinctum, Casaniani Bibliotheca nobis conservavit) alterum Latine, ad suam Græco-Latinæ Actorum Apostolicorum codicis non minus auctori (qui masculis literis exaravit in publicâ Oxoniensis Academiæ cathedra Bibliothecæ) descriptum, quod, Pŕidicium illud anno ære nostræ Christianæ DCCCIII. longè ante Helvetiæ regnumis tempora, ex regulari Calendario in libri intro subjunctis, scriptum fuisse deprehendi: cui conjunctam cerebatur & Symbolum, Græcè quidem, sed litera Anglo-Saxonice incommodè sula expressum, quod, emendatoribus Græcis sit ad appolitis, huc subjiciendum curavi.

ΑΙΣΘΕΙΣ ΠΕΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΥΘΗ ΤΟΝ ΜΟΝΟ
ΓΕΝΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΟΝ ΓΕΝΕΓΟΝΤΑ
ΕΚ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΙΑΣ ΤΗΣ
ΠΑΡΘΕΝΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΟΝΤΙΟ ΠΙΛΑΤΟΥ ΠΡΟΚΟΥ
ΡΑΝΤΑ, ΤΑΡΑΝΤΑ ΚΑΙ ΤΡΑΚΕ ΜΕΡΗ ΑΝΑ
ΝΑΡΤΑΝΤΑ ΕΓΧΕΙΡΟΝ, ΑΝΑΝΤΑ ΙΣ ΤΟΥΣ
ΠΕΝΤΕ, ΚΑΤΑΜΕΤΡΟΝ Η ΔΕΞΙΑ ΚΑΙ ΠΑΤΗΡ
ΟΥΝ ΕΠΙΧΕΤΕ ΕΤΥΝΕ ΖΟΝΤΑΙ ΚΑΙ ΝΕΚΡΟΝ
ΕΙΣ ΠΝΟΥΝΑ ΟΥΝ ΑΣΠΙ, ΑΣΠΙΝ ΑΝΑΡ
ΤΑΝ, ΙΑΝΕ ΟΥ ΜΑΡΤΥΡΑ ΔΑΝΤ.

Πατήρ ἢ Δεὸς πάντας κτίσας, ἢ
ὁ Χριστὸς ἡμεῖς ἡμεῖς ἢ μονο
γενεῖς, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐκ πνεύματος
ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου
τὸν Κύριον Πόντιου Πιλάτου Προκου
ράντα, τὰρὰντα καὶ τρεῖς μέρη ἀνα
νάραντα ἐχειρὸν, ἀνάραντα ἰσ τοὺς
πέντε, κατὰ μέτρον ἢ δεξιά καὶ πατήρ
οὖν ἐπιχέτε ἐτύνη ζώνται καὶ νεκροί
εἰς πνοὴν ἀσπί, ἀσπίν ἀνάραν
[Ἄν.] Ἀπὸ

Circulus vero alter, non minus Latini sermonis imperitas, quam Anglo-Saxonice Græci, Latini idem Symbolum, sed barbaris (quod ad marginem rejecimus) aliquantulum inquinatum, ita nobis exhibuit.

Credo in Deum patrem omnipotentem, & in (a) Christum Jesum filium ejus unigenitum, Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto & Maria virgine, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in (b) celum, sedens ad (c) dexteram Patris, unde venturus est iudicare vivos & mortuos. Et in spiritu sancto, sancta Ecclesia, remissionis peccatorum, carnis (d) resurrectionis.

Atque hoc Symbolum illud est, quod (sublati barbaris, & pro ablativo in posteris articulis accusativo casu substituta) tum à Maximo Tassinensi, in Homilia de traditione Symboli explicans, tum ab Augustino in libello de Fide & Symbolo (somo Operum. 5.) Commemorat exponitur, & in fine fidelibus unicus ita commendatur. Hac est fides, quæ per omnia secula tenenda in Symbolo veritate Christianis datur. Quæ panca verba fidei, has nota sunt: ut

a 97 Cliride
19.
b 97 Clir
c 97 Clir
d 97 Clir